



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

Qvaestio LX. De iudicio.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

potest quidem habere rationem alterius peccati, puta, intemperantiae, uel imprudentiae, non tamen rationem iniustitiae: quia sicut iustitia semper est ad alterum, ita & iniustitia. Alio modo potest considerari aliquis homo, in quantum est aliquid ciuitatis, scilicet pars; uel in quantum est aliquid Dei, scilicet creatura, & imago. Et sic qui seipsum occidit, iniuriam quidem facit non sibi, sed ciuitati, & Deo: & ideo punitur tam secundum legem diuinam, quam secundum legem humanam, sicut de fornicatione Apostolus dicit. Si quis templum Dei violauerit, disperdet illum Deus.

AD TERTIUM dicendum, quod passio est effectus actionis exterioris. In hoc autem quod est facere, & pati iniustum, id quod materialiter est, attenditur. In id quod exterius agitur, prout in se consideratur, ut \* dictum est: id autem quod est ibi formale, & per se, attenditur secundum uoluntatem agentis, & patientis, ut ex dictis patet. \* Dicendum est ergo, quod aliquem facere iniustum, & alium pati iniustum, materialiter loquendo, semper se concomitantur: sed si formaliter loquamur, facere aliquis potest iniustum, intendens iniustum facere, tamen alius non patietur iniustum, quia uolens patietur. Et e conuerso, potest aliquis pati iniustum, si nolens id quod est iniustum, patiatur: & tamen ille qui hoc facit ignorans, non facit iniustum formaliter, sed materialiter tantum.

Ad praeced.

In corp. & art. praeced.

¶ Super Quaestiois quinquagesimo nono Articulum quartum.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum quicumque facit iniustum, peccet mortaliter.

Infra. q. 69. art. 1. cor. & q. 70. art. 4. to. Et q. 110. art. 3. cor.

Lib. 5. cap. 8. in fin. to. 5.

Lib. 2. e. uel. circa finem, tom. 5.

IN artic. 4. omisiss primo, & tertio, aduerte Nouitiae, quod uenerunt dictum littera, scilicet quod facere iniustum est ex suo genere peccatum mortale, intelligendum est de facere iniustum formaliter. Quando autem facere iniustum materialiter sit peccatum mortale, & quando non, oportet ex parte facientis causam pensare, & ex parte patientis quantitatem nocimenti. Contingit enim ignorantiam quandoque excusare, & quandoque non, etiam dato quod fiat notabile nocimentum. Contingit etiam quandoque nocimentum ob prauitatem reddere culpam imperfectam ueniale, scilicet ut iniurijs uerborum accidit: quae & superius in tractatu de ignorantia, & inferius in specialibus peccatis nota erunt: quae tamen hic auctor in responsionibus ad argumenta notat.

iussum, facit contra praecceptum legis Dei, quia uel reducit ad furtum, uel ad adulterium, uel ad homicidium, uel ad aliquid huiusmodi, ut ex se-

quentibus \* patebit. ergo quicumque facit peccat mortaliter. RESPON. Dicendum, quod sicut supra est, cum de differentia peccatorum ageretur, mortale est quod contrariatur naturae quam est anima uita. Omne autem mortale alteri illatum, ex se charitati repugnat, quia ad uolendum bonum alterius, & idcirco semper consistit in nocimento alteri: festum est, quod facere iniustum, est peccatum mortale.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod Philosophi intelligitur de ignorantia, & ipse uocat ignorantiam particularium, & tiam, quae meretur ueniam: non autem ignorantia iuris, quae non excusat. Qui autem facit iniustum, non facit iniustum, nisi prout supra dictum \* est.

AD SECUNDUM dicendum, quod ille qui committit iniustitiam, deficit a perfecta ratione, & est iniustum facere, in quantum potest esse omnino contra uoluntatem eius, quod putat, si auferat aliquis alicui iniustum, aliquid tale, de quo probabile est, quod laedatur, nec ei duplicat.

AD TERTIUM dicendum, quod peccatum contra alias uirtutes, non semper tantum alterius, sed importat inordinatam dam circa passionem humanam: unde tam milis ratio.

QVAESTIO LII.

De iudicio, in sex articulis.

AD OSTEAM considerandum est de iudicio. Et circa hoc quaeruntur sex articuli. Primo, Vtrum iudicium sit actus. Secundo, Vtrum sit licitum iudicare. Tertio, Vtrum per suspensiones sit licitum. Quarto, Vtrum dubia sint in meliorem interpretanda. Quinto, Vtrum iudicium semper sit leges scriptas proferendum. Sexto, Vtrum iudicium per usurpationem uertatur.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum iudicium sit actus iustitiae.

AD PRIMUM sic proceditur. Videtur quod non sit actus iustitiae. Dicit enim Philosophus in 1. Ethico quod unusquisque bene iudicat, quod cognoscit, & sic iudicium ad uim cognoscendi tineri uidetur: uis autem cognoscendi per se iustitiam perficitur. ergo iudicium magis pertinet ad prudentiam, quam ad iustitiam, quae est actus iustitiae.

¶ 2. Praet. Apostolus dicit 1. ad Corinthios, quod iudicet omnia: sed homo maxime officium iustitiae per uirtutem charitatis, quae diffundit in omnibus nostris per Spiritum sanctum, qui dicitur in singulis, ut dicitur Roma 5. ergo iudicium magis pertinet ad charitatem, quam ad iustitiam.

¶ 3. Praet. Ad unamquamque uirtutem pertinet iudicium circa propriam materiam, sicut dicitur in singulis est regula, & mensura, sicut dicitur Philosophum in lib. 1. Ethico. non ergo iudicium

pertinet ad iustitiam, quam ad alias uirtutes morales. ¶ 1. Præter iudicium videtur ad solos iudices pertinere: actus autem iustitiæ inuenitur in omnibus iustis. cum ergo non soli iudices sint iusti, videtur quod iudicium non sit actus proprius iustitiæ.

SED CONTRA est, quod in Psalm. 93. dicitur, Quoad iustitiam conuertatur in iudicium.

RESPON. Dicendum, quod iudicium proprie nominatur actum iudicis, in quantum iudex est. Iudex autem dicitur quasi ius dicens: ius autem dicitur obiectum iustitiæ, ut supra \* habitum est. Et ideo iudicium importat secundum primam nominis impositionem, diffinitionem, vel determinationem iusti, vel iuris. Quod autem aliquis bene diffinit aliquid in operibus uirtuosis, proprie procedit ex habitu uirtutis: sicut castus recte determinat ea, quæ pertinent ad castitatem. & ideo iudicium, quod importat rectam determinationem eius, quod est iustum, proprie pertinet ad iustitiam. Propter quod Philosophus in \* 3. Ethic. dicit, quod homines ad iudicem confugiunt, sicut ad quandam iustitiam animatam.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod nomen iudicis, quod secundum primam impositionem significat rectam determinationem iustorum, ampliatum est ad significandam rectam determinationem in quibuscunque rebus tam in speculatiuis, quam in practicis: in omnibus tamen ad rectum iudicium duo requiruntur, quorum vnum est ipsa uirtus proferens iudicium, & sic iudicium est actus rationis: dicere enim, uel diffinire aliquid rationis est. Aliud autem est dispositio iudicantis, ex qua habet idoneitatem ad recte iudicandum: & sic in his quæ pertinent ad iustitiam, iudicium procedit ex iustitia, sicut & in his quæ ad fortitudinem pertinent, ex fortitudine. Sic ergo iudicium est quidam actus iustitiæ, sicut inclinantis ad recte iudicandum: prudentiæ autem sicut iudicium proferentis. Vnde & synesis ad prudentiam pertinens, dicitur bene iudicativa, ut supra \* habitum est.

AD SECUNDVM dicendum, quod homo spiritalis ex habitu charitatis habet inclinationem ad recte iudicandum de omnibus secundum regulas diuinas, ex quibus iudicium per donum sapientiæ pronunciat: sicut iustus per uirtutem prudentiæ pronunciat iudicium ex regulis iuris.

AD TERTIUM dicendum, quod alia uirtutes ordinant hominem in seipso: sed iustitia ordinat hominem ad alium, ut ex dictis \* patet. Homo autem est dominus eorum, quæ ad ipsum pertinent, non autem est dominus eorum quæ ad alium pertinent. Et ideo in his, quæ sunt secundum alias uirtutes, non requiritur, nisi iudicium uirtuosi, extenso tamen nomine iudicij, ut \* dictum est: sed in his quæ pertinent ad iustitiam, requiritur ulterius iudicium alicuius superioris, qui utrunque ualeat arguere, & ponere manum suam amobus. Et propter hoc iudicium specialius pertinet ad iustitiam, quam ad aliquam aliam uirtutem.

AD QUARTVM dicendum, quod iustitia in principe quid est sicut uirtus architectonica, quasi imperans, & præcipiens quod iustum est: in subditis autem est tanquam uirtus executiua, & ministrans. Et ideo iudicium, quod importat diffinitionem iusti, pertinet ad iustitiam secundum quod est principaliori modo in præsidente.

ARTICVLVS II. Vtrum sit licitum iudicare.

AD SECUNDVM sic proceditur. Videtur, quod non sit licitum iudicare. Non enim infligitur poena nisi pro illicito: sed iudicantibus imminet poena, quam non iudicantes effugiunt, secundum illud Matth. 7. Nolite iudicare, ne iudicemini. ergo iudicare est illicitum.

¶ 2. Præter Rom. 14. dicitur. Tu quis es, qui iudicas alicuius seruum? suo domino stat, aut cadit: Dominus autem omnium Deus est. ergo nulli homini licet iudicare.

¶ 3. Præter. Nullus homo est sine peccato, secundum illud 1. Io. 1. Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus: sed peccanti non licet iudicare, secundum illud Rom. 2. Inexcusabilis es homo omnis, qui iudicas. In quo enim alterum iudicas, te ipsum condemnas: eadem enim agis quæ iudicas. ergo nulli est licitum iudicare.

SED CONTRA est, quod dicitur Deuter. 16. Iudices, & magistros constitues in oibus portis tuis, ut iudicent populum iusto iudicio.

RESPON. Dicendum, quod iudicium intantum est licitum, in quantum est iustitiæ actus. Sicut autem ex \* prædictis patet, ad hoc quod iudicium sit actus iustitiæ, tria requiruntur. Primum quidem, ut procedat ex inclinatione iustitiæ. Secundum, quod procedat ex autoritate præsidens.

Tertio, quod proferatur secundum rectam rationem prudentiæ. Quodcumque autem horum defuerit, iudicium erit uitiosum, & illicitum. Vno quidem modo, quando est contra rectitudinem iustitiæ: & sic dicitur iudicium peruersum, vel iniustum. Alio modo, quando homo iudicat in his, in quibus non habet autoritatem: & sic dicitur iudicium usurpatum. Tertio modo quod deest certitudo rationis, puta, cum aliquis de his iudicat, quæ sunt dubia, vel occulta propter aliquas leues coniecturas: & sic dicitur iudicium suspiciosum, vel temerarium.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Dominus ibi prohibet iudicium temerarium, quod est de intentione cordis, uel de alijs incertis, ut \* Aug. dicit in lib. de sermone Domini in monte. Vel prohibet ibi iudicium de rebus diuinis, de quibus cum sint supra nos, non debemus iudicare, sed simpliciter ea credere, ut \* Hilarius dicit super Matth. Vel prohibet iudicium, quod non sit ex beneuolentia, sed ex animi amaritudine, ut Chrysostomus dicit.

Secunda Secundæ S. Thomæ.

Super Questionis sexagesima Articulum secundum.

IN articulo 2. questione 60. omisso primo, dubium in responsione ad tertium occurrit ad hominem, & simpliciter, An iudex in peccato mortali etiam occulto constitutus, peccet iudicans alios. Et est ratio dubij, quia author in 4. sententiarum, distinct. 19. questione 2. articulo 2. tenet affirmatiuam partem in prælo Ecclesiastici: & ratio eius ibi est, quia indignè uirtutis officio prælationis. Et additur ab alijs alia ratio, quia scilicet est suspensus quoad se, ut habeat ex capite ultimo, extra, De tempo. ordin. In hoc autem loco author indistinctè de iudice dicit, quod si propter officium teneatur iudicare peccator, potest iudicare cum humilitate, absque quod incurrat nouam damnationis causam, quamuis se damnabilem ostendat alios iudicando.

Ad dubium hoc simpliciter dicendum est, quod iudex, seu prælatus spiritalis, utens officio suo in his quæ non ordinis, sed iurisdictionis sunt, quamuis sit in peccato mortali, non peccat, saltem mortaliter, per se loquendo. Dico autem, per se loquendo, ad euitandum id quod est per accidens, puta, deformitatem scaldali, si peccatum est manifestum. Probatur autem quod dicitur ex eo, quod macula peccati mortalis non contrariatur rectitudini requiritæ ad iudicium, lumini scilicet rationis, inclinationi ad tribuendum alteri ius suum, & autoritati iurisdictionis. Stant enim hæc omnia cum peccato mortali, ut patet, & Gentilium testimonia attestantur. Quia tamen impedimentum nonnullum est peccatum mortale, pro quanto boni personam gerit alijs prælatus, qui bonus uerè non est, si non humiliter exercet officium.

Infra art. 53 & 6 & q. 67. artic. 1. Et 4. dist. 8. cor. prin. Et Roman. 2. & c. 14. Et 1. Corinth. 4.

Ar. præced.

D. 552.

Libra. c. 28. tom 4.

\* Cap. 5. in Matth. non procul a fr. Hom. 17. in opere imp. 180. to. 2.

thum iudicandi, veniale peccatum incurrere videtur. Procedit namque in actum morale non qualis debet.

Homil. 24. non remotè a prin. to. 2.

D. 261. & 495. & 796. & 965.

Lib. 2. cap. 28. a medio. tom. 4.

D. 759. & 840.

Locis sup. artic. iudicis. Et quol. 12. arti. 25. \* Lib. 6. c. 3. tom. 5.

Artic. I.

9. 59. art. 4.

Tract. 90. in Ioann. circa med. tom. 9.

AD SECVNDVM dicendum, quod iudex constituitur ut minister Dei. unde dicitur Deuter. 1. Quod iustum est, iudicate. & postea subdit: Quia Dei est iudicium.

AD TERTIVM dicendum, quod illi, qui sunt in gravibus peccatis, non debent iudicare eos, qui sunt in eis de peccatis, vel minoribus, ut Chryl. dicit super illud Mat. 7. Nolite iudicare. Et precipue hoc est intelligendum, quando illa peccata sunt publica, quia ex hoc generatur scandalum in cordibus aliorum. Si autem non sunt publica, sed occulta, & necessitas iudicandi imminet propter officium, potest cum humilitate, & timore vel arguere, vel iudicare. Unde Augustinus dicit in lib. de sermone Domini in monte. Si invenimus nos in eodem vitio esse, congemiscamus, & ad pariter conandum invitemus. Nec tamen propter hoc homo sic seipsum condemnat, ut novum condemnationis meritum sibi acquirat: sed quia condemnans alium, ostendit se similiter condemnabilem esse propter idem peccatum, vel simile.

ARTICVLVS III. Vtrum iudicium ex suspitione procedens, sit licitum.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quod iudicium ex suspitione procedens, non sit licitum. Suspicio enim videtur esse opinio incerta de aliquo malo. unde & Philosophus in 6. Ethic. ponit, quod suspicio se habet & ad verum, & falsum: sed de singularibus contingitibus non potest haberi opinio, nisi incerta. ergo iudicium humanum sit circa humanos actus, qui sunt in singularibus, & contingitibus, videtur quod nullum iudicium esset licitum, si ex suspitione iudicare non liceret.

¶ 2. Preter. Per iudicium illicitum fit aliqua iniuria proximo: sed suspicio mala in sola opinione hominis consistit, & sic non videtur ad iniuriam alterius pertinere. ergo suspitionis iudicium non est illicitum.

¶ 3. Prater. Si sit illicitum, oportet quod ad iustitiam reducatur, quia iudicium est actus iustitie, ut dictum est.

\* est: sed iniustitia ex suo genere semper est peccatum mortale, ut supra habitum est. ergo suspitionis iudicium esset semper peccatum mortale, si esset illicitum, sed hoc est falsum, quia suspitiones vitare non possumus, ut dicitur \* glos. Aug. super illud 1. ad Cor. 4. Nolite ante tempus iudicare. ergo iudicium suspitionum non videtur esse licitum.

SED CONTRA est, quod Chryl. super illud Mat. 7. Nolite iudicare &c. dicit, Dominus hoc mandato non prohibet Christianos delepiciant, & solis plerumque suspitionibus odientes ceteros, & condemnantes.

RESPON. Dicendum, quod sicut Tullius dicit, suspicio importat opinionem mali quando ex leuibus indicijs procedit, & contingit ex tribus. Vno quidem modo ex hoc, quod aliquis ex seipso malus est: & ex hoc ipso quasi conficius suae malicie, facilius de alijs malum opinatur, sicut illud Eccl. 10. In via stultus ambulans, cum ipse sit insipiens, omnes stultos assemit. Alio modo procedit ex hoc, quod aliquis male afficitur ad alterum. Cum enim aliquis contemnit, vel odit aliquem, aut irascitur, vel invidet ei, ex leuibus signis opinatur mala de ipso: quod vnu quilibet facilius credit, quod appetit. Tertio modo procedit ex longa experientia. unde Philosophus dicit in 2. Rhet. quod senes sunt maxime suspiciosi, quia multotiens experti sunt aliorum defectus. Prima autem duo suspitionis causas manifeste pertinet ad peruersitatem affectus. Tertia vero causa diminituit rationem suspitionis, in quantum experientia ad certitudinem proficit, quae est contrarium suspitionis. Et ideo suspicio vitium quoddam importat, & quanto magis procedit suspicio, tanto magis est vitiosum. Est autem triplex gradus suspitionis.

Primo quidem gradus est, ut homo ex leuibus indicijs de bonitate alicuius dubitare incipiat: & hoc est veniale, & leue peccatum. Pertinet namque ad retentionem humanam, sine qua vita ista non ducitur, ut hinc in glo. super illud 1. ad Cor. 4. Nolite ante tempus iudicare. Secundus gradus est, cum aliquis pro certo malitiam alterius estimat ex leuibus indicijs. Et hoc si sit de aliquo graui, est peccatum mortale, in quantum non est sine contemptu proximi. Unde \* glo. ibidem subdit. Si ergo suspitiones vitare non possumus, quia homines sumus, iudicia tamen distinctiua firmasque sententias continere debemus. Tertius gradus est, cum aliquis iudex ex suspitione procedit ad aliquem condemnandum, & hoc directe ad iniustitiam pertinet: nisi est peccatum mortale.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod in humanis actibus inuenitur aliquid certitudo, non quidem sicut in demonstratiuis, sed sicut quod

intellectu hoc esse ab illo perpetratum: possunt siquidem omnes...

conuenit tali materię, puta, cum aliquid per idoneos testes probatur.

AD SECUNDVM dicendum, quod ex hoc ipso, quod aliquis mala opinionem habet de alio sine causa sufficienti, indebitè contemnit ipsium: & ideo iniuriatur ei.

AD TERTIVM dicendum, quod quia iustitia, & iniustitia est circa exteriores operationes, ut dictum est, tunc iudicium suspiciosum directè ad iustitiam pertinet, quando ad actum exteriorè procedit: & tunc est peccatum mortale, ut dictum est. Iudicium autem interiori pertinet ad iustitiam, secundum quod comparatur ad exteriori iudicium, ut actus interior ad exteriorè: sicut concupiscentia ad fornicationem, & ira ad homicidium.

ARTICVLVS III.

Utrum dubia sint in meliorem partem interpretanda.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod dubia non sint in meliorem partem interpretanda. Iudicium enim

acet quod melius est, quod aliquis frequenter fallatur, habendo bonam opinionem de malo homine, quàm quod rarius fallatur habens malam opinionem de aliquo bono: & de illius ratione, quia ex hoc fit iniuria alicui, non autem ex primo. De conclusio-

magis debet esse de eo, quod in pluribus accidit: sed in pluribus accidit, quod aliqui male agant, quia stultorum est numerus infinitus, ut dicitur Eccles. 1. Prone enim sunt sensus hois ad malum ab adolescentia sua, ut dicitur Genes. ergo dubia magis debemus interpretari in malum, quàm in bonum.

¶ 2. Præt. Aug. dicit, quod ille piè, & iuste uiuit, qui rerum integer est estimator, in neutram partem declinando: sed ille, qui interpretatur in melius quod dubium est, declinat in alteram partem, ergo non est faciendum.

¶ 3. Præt. Homo debet diligere proximum, sicut seipsum: sed circa seipsum homo debet dubia interpretari in peiorem partem, secundum illud Job 9. Verebar omnia opera mea, ergo videtur, quod ea, quæ sunt dubia circa proximos, sint in peiorem partem interpretanda.

SED CONTRA est, quod Roman. 14. super illud, Qui non manducat, manducantem non iudicet, dicitur glo. Dubia in meliorem partem sunt interpretanda.

quod non fit de perfectione intellectus speculatiui, est tamen de perfectione intellectus practici. Intellectus enim extensione fit practicus, ut dicitur in tercio de Anima. Patet autem quod dicitur, Et simpliciter: quia ad prudentiam requiritur memoria præteritorum, & intelligentia præsentium, & prudentia futurorum. Et ad hominem: Nam auctor inferius in tercia parte, q. 1. artic. primo ad tertium hoc expresse dicit. Constat autem quod iudicium, de quo est sermo, ad intellectum practicum spectat, ergo falli in huiusmodi, contra perfectionem est eius, & prudentia nocet. Et ulterius sequitur, quod imperinenter litera attulit ad propositum, quod cognoscere veritatem contingentium singularium non pertinet ad perfectionem intellectus secundum se, id est speculatiui. Nam sermo est de intellectu practico: Tum quia non valet argumentum, Cognoscere veritatem singularium contingentium non pertinet ad perfectionem intellectus, ergo errare circa hæc non est malum intellectus: quoniam error de ratione sua ponit malum in intellectu errante. Sicut non valet, Videre columnas Herculis, non est de perfectione visus: ergo male videre ipsas non spectat ad imperfectionem visus: sed bene valet, ergo carere talium cognitione, non ponit malum in intellectu.

Ad euidentiam huius rei, sciendum est, quod dubia in meliorem partem interpretanda esse, dupliciter intelligi potest, scilicet negatiue, & positiue. Et si intelligatur negatiue, sensus est, quod dubia non sunt in deterioerem partem interpretanda: & sic intellecta hæc propositio est uerissima, ac certissima. Et propter hunc sensum Dominus negatiue præcepit Math. 7. Nolite iudicare, & Apostolus ad Corinth. Qui non manducat, manducantem non iudicet. Et dum negatiue seruatur hæc regula, fit, ut si quando occurrat factum dubij iudicij de proximo, in eadem persistamus opinione de illo proximo, in qua prius eramus. Verbi gratia. Habebam Ioannem pro viro sobrio, inuenio postmodum ipsum bene comedentem, & bibentem, non moueor ex hoc facto ad iudicandum, quod necessitate ductus sancte facit, quod esset in meliorem partem interpretari: nec ad dubitandum de sobrietate eius, quod esset in peiorem partem declinare: sed persisto in prima opinione immotus, hoc est enim in meliore parte Secunda Secunda S. Thomæ. § 3. inter-

rum est habendū pro vero absolute, & consequenter amplectendum ut melius: sed iudiciū quod rarius fallitur, est uerum ut in pluribus, ergo. De ratione uero, quia falsum est quod ille qui frequenter fallitur in bona opinione, nulli nocet. Nam nocet sibi, implendo animam suam falsis opinionibus: peius est autem nocere sibi, quàm alteri.

¶ Et si contra hoc afferatur quod in litera dicitur, quod falsum iudiciū de bono alterius non pertinet ad malum intellectus iudicantis, sed ad bonū affectum ipsius: sicut nec ad perfectionem intellectus secundum se pertinet cognitio singularium contingentium, magnum augetur dubiū, tum quia licet ad perfectionem intellectus secundum se, non pertineat cognoscere ueritatē contingentium singularium: pertinet tamen ad perfectionem intellectus, ut extenditur ad operationem, hoc est, quod licet ueritas singularium contingentium non sit de perfectione intellectus speculatiui, est tamen de perfectione intellectus practici.

Lib. 2. de 60. etia. Chas. cap. 27. in princ. to. 3.

Est Aug. lib. 2. de sermo. Dom. in 6. te. c. 23. ante medium, to. mo. 4.

margin notes on the left side of the page, including '¶ In responsione ad tertium eiusdem articuli aduerte, quod quia...

margin notes on the right side of the page, including '¶ Ad hoc dicitur, quod quemadmodum ad homicidij vitium...



comparatio fit ad aliud manifeste malum, scilicet, iniuriam proximi. Non ergo incoherens est exponere hic, melius, in comparatione ad aliud, id est, minus malum. Respondeo secundo, quod licet comparatio sit abusiua, sicut cum dicitur, Nix est albius ceruo, & eligere falsam opinionem sit malum moraliter: exponere tamen se periculum incurrendi falsam opinionem quando oportet, non est malum moraliter: sic autem docet regula sapientia. Nam qui uirum cogitare iudicare, in meliore parem delectat, non eligendo falsam opinionem, sed periculum incurrendi falsam opinionem proponit certam iniuriam proximi: quoniam is qui in deteriorem parem interpretatur, quantum est ex parte sua, facit absque dubio illi iniuriam, iudicans illum malum ex dubio, etiam si diuina reseruum: quoniam hoc est per accidens. Et hic sensus est amplectendus.

¶ 2 Præ. Iudicium oportet esse de singularibus euentibus: sed nulla lex scripta potest omnes singulares euentus comprehendere, ut patet per Philof. \* in 3. Ethic. ergo videtur quod non semper fit in leges scriptas iudicandum.

¶ 3 Præ. Lex ad hoc scribitur, ut sententia legislatoris manifestetur: sed quandoque contingit quod si ipse legislator præsens esset, aliter iudicaret. ergo non est semper secundum leges scriptas iudicandum.

SED CONTRA est, quod Aug. dicit in 1. libr. de vera rel. In istis temporalibus legibus, quæquam de his homines iudicet, cum eas instituerint: cum tamen fuerint institutæ, & firmatæ, non licebit iudicibus de eis iudicare, sed secundum seipsas.

RESPON. Dicendum, quod sicut dictum est, \* iudicium nihil aliud est, quam quædam definitio, vel determinatio eius quod iustum est. Fit autem aliquid iustum dupliciter, vno modo ex ipsa natura rei, quod dicitur ius naturale: alio modo ex quodam cõdico inter homines, quod dicitur ius positium, ut supra habitum est. \* Leges autem scribuntur ad vtrumque iuris declarationem, aliter tamen, & aliter. Nam legis scriptura, ius quidem naturale continet, sed non instituit: non enim habet robur ex lege, sed ex natura. Ius autem positium scriptura legis & continet, & instituit dans ei authoritatis robur. Et ideo necesse est quod iudici fiat secundum legis scri-

pturam, alioquin iudicium deficeret vel a iusto naturali, uel a iusto positio. AD PRIMUM ergo dicendum, quod lex scripta, sicut non dat robur iuri naturali, ita nec potest eius robur minuire, uel auferre: quia nec uoluntas hominis potest immutare naturam. Et ideo si scriptura legis contineat aliquid contra ius naturale, iniusta est, nec hêt vim obligandi. Ibi enim ius positium locum habet, ubi quantum ad ius naturale, nihil differt vtrum sic, uel aliter fiat, sicut supra habitum \* est. Et ideo nec tales scripturæ leges dicuntur, sed potius legis corruptiones, ut supra dictum est: \* & ideo secundum eas non est iudicandum. AD SECUNDUM dicendum, quod sicut leges inique secundum se contrariantur iuri naturali vel semper, vel ut in pluribus: ita etiam leges quæ sunt recte positæ in aliquibus casibus deficiunt, in quibus si seruarentur, essent contra ius naturale: & ideo in talibus non est secundum literam legis iudicandum, sed recurrendum ad equitatem, quam intendit legislator. Vnde Iuris peritus \* dicit. Nulla ratio iuris, aut equitatis benignitas patitur, ut quæ salubriter pro utilitate hominum introducuntur, ea nos duriore interpretatione contra ipsorum commodum producamus ad seueritatem: & in talibus etiam legislator aliter iudicaret, & si considerasset, lege determinasset. Et per hoc pater responsio ad Tertium.

¶ In eodem articulo in responsione quoque ad secundum, nota Nouite illius distinctionis exercitium, scilicet, Aliud est iudicium de rebus: aliud de hominibus. Nam ad iudicium de rebus spectat rem de re dicere: ad iudicium de hominibus, seu per-

sonis spectat malum, uel bonum de persona dicere. Vnde si uideo personam agentem ante se onerarium iumentum, & maledicentem, ut a multis fieri solet, Vade in malam horam, & similia, & ego puro, quod actus ille sit peccatum mortale, non propter intentionem illius, sed absolute puro, quasi actus ille ex genere suo sit peccatum mortale, propterea concipio indubie illius peccatum mortale: iudicium istud falsum non spectat ad iudicium de personis, sed ad iudicium de rebus: quoniam in ueritate non iudicatur persona, sed actus ipse secundum se, ita quod dicitur de re, scilicet esse peccatum mortale de illo actu. Si vero uidero aliquam personam ornatam, & indubie iudico illam se ornasse impudicæ causa, ad iudicium de personis hoc spectat: dico enim de personali intentione esse impudicam.

Et similiter si uideo furum commissum, aut domum combustam ignoto actore, & iudico Ioannem hoc parasse: nam etiam tunc de persona enuntio esse actorem, scilicet dicitur recte, quod absque personæ contemptu indebito non fit, ex quo non constat personam illam in hoc peccasse. Ex quibus collige, quod iudicium de personis est solum iudicium de corde, seu intentione alterius, aut de applicatione persone ad hæc actionem. Actus autem ipsos, &c. etiam singulariter iudicare, spectat ad iudicium de rebus. Et propterea cum iudicamus, quod facere hoc, uel illud, uel factum tale est, uel non est peccatum mortale, etiam si erramus, non peccamus iudicio temerario, nec iniuriam alicui facimus: quoniam de rebus ipsis diiudicamus, in quo iudicio, ut in littera dicitur, in neutram partem est declinandum, sed tolli est ueritati innitendum.

¶ In responsione ad tertium diligenter nota distinctionem litteræ, de duplici modo interpretandi in peiorem partem, scilicet per modum definitionis, & per modum suppositionis, & scito, quod quod ad actum cautela, & remediū, & huiusmodi, omnia supponenda sunt in peiorem partem. Si enim uidero pauperem, non diffinito eum furem, sed custodio res meas, ac si esset fur. Et similiter si uideo inuenem deambularem, non iudico eum adulterum, caueo tamen acsi esset adulter, & sic de aliis. Quod ad actum uero punitionis, quoniam iudicium sequitur, in meliorem partem omnia interpretanda sunt. Et sic regula dicta simul & semel reddite nos iustos erga proximos iudicandos, & prudentes ad cauendum, custodiendum, ac prouidendum. Quod enim caner, custodit, ac prouidet in maiori malo, consequens est, ut magis valeat in minori, ut in littera dicitur. Et ex ista regula, prælati debent subditos, subditasque ex dubiis factis non malitiæ arguere, aut punire, sed bonam de eis opinionem, ut prius habere, & tamen cautelas, custodias, remediaque adhibere acsi mali essent: prouide tamen ne aliquid fiat, quod famæ proximi derogat: hoc enim esset iniuriari illi, quod in dubiis uitandum esse dictum est.

¶ In digesto ueteri, lib. 1. titulo 3. lege 24.

¶ In digesto ueteri, lib. 1. titulo 3. lege 24.

¶ In digesto ueteri, lib. 1. titulo 3. lege 24.

¶ In digesto ueteri, lib. 1. titulo 3. lege 24.

¶ In digesto ueteri, lib. 1. titulo 3. lege 24.

¶ In digesto ueteri, lib. 1. titulo 3. lege 24.

¶ In digesto ueteri, lib. 1. titulo 3. lege 24.

¶ In digesto ueteri, lib. 1. titulo 3. lege 24.

¶ In digesto ueteri, lib. 1. titulo 3. lege 24.

Secunda Secunda S. Thomæ. § Super.

Super Questionis se-  
xagefima Articulu  
secundum

Vtrum iudicium per vsurpationem  
reddatur peruersum.

Supra art. 3.  
cor. & infra  
q. 67. art. 14.  
Et q. dist. 17.  
q. 3. art. 3. q.  
4. Et dist. 48.  
q. 1. ar. 1. cor.

**O**missio artic. 5.  
de cuius mate-  
ria quod ad subditos,  
in precedenti lib. di-  
ctum est, in texto art.  
in reipsonse ad ter-  
tium aduerte, quod  
autor, ex Decretali,  
Solita benignitatis,  
De maio. & ob. assu-  
mens id, quod pote-  
stas temporalis subdi-  
tur spirituali, sicut  
corpus animæ, duos  
modos assignat, qui-  
bus potestas spiritua-  
lis inuicem se de  
temporalibus, quo-  
rum potestati spiritua-  
li ex natura sua: se-  
cundus autem conue-  
nit ex extraneo, scilicet  
ex ipsa seculari  
potestate.

**A**d euentiam au-  
tem assumpti, scito  
ex secundo de Ani-  
ma, quod anima pre-  
est corpori in triplici  
genere cause, scilicet  
efficiente, quia efficit  
corporeos: animalis  
motus formaliter, quia  
est illius forma: & fi-  
naliter, quia corpus  
est propter animam.  
Et simile est propor-  
tionaliter de potesta-  
te spirituali respectu  
potestatis secularis,  
est signidem, ut for-  
ma illius, & mouens,  
& finis. Manifestum  
est enim, quod spiri-  
tuale est formale re-  
spectu corporalis, ac  
per hoc potestas di-  
sponens de spiritua-  
libus est formalis re-  
spectu potestatis di-  
sponens de seculari-  
bus, quæ corporalia  
sunt. Indubie quoque  
liquet, quod corpora-  
lia, & temporalia sūt  
propter spiritualia, &  
æterna, atque ad illa  
ordinantur, vt ad fi-  
nem. Et quoniam al-  
tior finis altiori agen-  
ti, mouenti, atque  
dirigenti responderet,  
consequens est, ut po-  
testas spiritualis, quæ  
circa spiritualia, ut  
primū obiectū uerifi-  
catur, moueat, agat, atque  
dirigat potestatem se-  
cularem, & quæ illius  
sunt, in spirituales  
sine. Et ex hoc patet,  
quod suapte natura  
potestas spiritualis,  
præcipit potestati se-  
culari ad finem spiri-  
tuale: hæc enim sunt,  
in quibus potestas se-  
cularis subditur spiri-  
tuali. Hanc specifi-

Artic. 2.

Arti. præc.

D. 552. &  
559.

**A**D SEXTVM sic proceditur,  
Videtur quod iudicium per vsur-  
pationem non reddatur peruersum.  
iustitia enim est rectitudo  
quædam in agendis: sed nihil de-  
perit ueritati a quocunque dica-  
tur, sed a quocunque est accipien-  
da. ergo etiam nihil deperit iusti-  
tie, a quocunque iustum deter-  
minetur, quod pertinet ad ratio-  
nem iudicij.

**¶** 2 Præc. Peccata punire ad iudi-  
cium pertinet: sed aliqui laudabi-  
liter leguntur peccata punisse, qui  
tamen autoritatē nō habebant  
super illos quos puniebant. sicut  
Moyſes occidit Aegyptium,  
vt habetur Exod. 2. & Phinees fi-  
lius Eleazari, Zambri filium Salu-  
mi, vt legitur Num. 25. & reputa-  
tum est ei ad iustitiam, vt dicitur  
in Psalm. ergo vsurpatio iudicij  
non pertinet ad iniustitiam.

**¶** 3 Præc. Potestas spiritualis di-  
stinguitur a temporalis: sed quan-  
doque prelati habentes spiritua-  
lem potestatem, intromittunt se  
de his, quæ pertinent ad secula-  
rem potestatem. ergo vsurpatū  
iudicium non est illicitum.

**¶** 4 Præc. Sicut ad recte iudican-  
dum requiritur autoritas, ita et  
& iustitia iudicantis, & scientia,  
ut ex supradictis patet: sed non  
dicitur iudicium esse iniustum,  
si aliquis iudicat, nō habens ha-  
bitum iustitiæ, uel non habens  
scientiam iuris. ergo etiam ne-  
que iudicium vsurpatum, quod  
fit per defectū autoritatis, sem-  
per erit iniustum.

**S**ED CONTRA est, quod dicitur  
Rom. 14. Tu quis es, qui iudicas  
alienum seruum?

**R**ESPON. Dicendum, quod cū iu-  
dicium sit ferendum secundū leg-  
ges scriptas, ut dictū est, ille, qui  
iudicium fert, legis dictum quo-  
dāmodo interpretatur, applican-  
do ipsū ad particulare negotiū.  
Cum autem eiusdē autoritatis  
sit legem interpretari, & legē cō-  
dere, sicut lex condi non potest nisi  
publica autoritate: ita nec iudi-  
cium ferri potest nisi publica au-  
thoritate, quæ quidē se extendit  
ad eos, qui communitati subdū-  
tur. Et ideo sicut iniustum esset, ut  
aliquis cōstringeret alium ad le-  
gem seruandā, quæ non esset pu-  
blica autoritate sancita: ita etiā  
iniustum est, si aliquis compellat  
aliquem ferre iudicium, quod pu-  
blica autoritate non fertur.

**F** AD PRIMVM ergo dicendum,  
quod pronuntiatio ueritatis nō  
importat compulsionē ad hoc,  
quod suscipiatur: sed liberū est  
unicuique eam recipere, uel nō  
recipere prout uult, sed iudicium  
importat quandam impulsionē.  
Et ideo iniustum est, quod alicui  
iudicetur ab eo, qui publica au-  
thoritate non habet.

**A**D SECUNDVM dicendum, quod  
Moyſes uidetur Aegyptium oc-  
cidisse, quasi ex inspiratione diui-  
na autoritatem adeptus, ut in-  
dicitur per hoc, quod dicitur Act. 7. quod  
percutio Aegyptio astimabat  
Moyſes intelligere fratres suos,  
quoniam Dns per manū ipsius  
daret salutem Israel. Vel potest  
quod Moyſes occidit Aegyptiū  
defendendo eum, qui iniuriam pa-  
tebatur, cū moderamine incul-  
patæ tutelæ. Vnde Ambr. dicit  
in lib. de Offic. quod nō repellit  
iniuriam a socio cum potest, tū  
est in uisio, quā ille qui facit, &  
inducit exemplū Moyſi. Vel potest  
dici sicut dicit Aug. in questio-  
nibus Exod. quod sicut terra an-  
te utilia semina herbarum inuti-  
lium fertilitate laudatur, sic illud  
Moyſi factum uictiosum quidē  
fuit, sed magne fertilitatis signū  
gererat, in quantum. scilicet signū  
uirtutis eius, quæ populū libe-  
raturus erat. De Phinees autē di-  
cendum est, quod ex inspiratione  
diuina zelo Dei commotus hoc  
fecit. Vel quia licet nō dum esset  
summus Sacerdos, erat tñ filius  
summi Sacerdotis, & ad eū hoc  
iudicium pertinebat, sicut & ad alios  
iudices, quibus hoc erat preceptū.

**A**D TERTIVM dicendum, quod  
potestas secularis subditur spiri-  
tuali, sicut corpus anime. Et ideo  
non est uturpatum iudicium, si  
spiritualis potestas se intromittit  
de temporalibus, quātum ad ea  
in quibus subditur ei secularis po-  
testas, uel quæ ei a seculari po-  
testate relinquuntur.

**A**D QUARTVM dicendum, quod  
habitus scientiæ, & iustitiæ sunt  
perfectiones singulares per se:  
& ideo per eorum defectum nō  
dicitur vsurpatum iudicium, si  
cut per defectum publicæ auto-  
ritatis, ex qua iudicium vim co-  
actiuam habet.

**Q**VAESTIO LXI.  
De partibus iustitiæ, in quatuor arti-  
culos diuisa.

**E**T NDE consideran-  
dum est de partibus ius-  
titiæ. Et primo de par-  
tibus subiectiuis, quæ  
sunt species iustitiæ, scilicet, di-  
stributiua, & commutatiua. Se-